



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

Quando & intra quod tempus exequendum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

I N D E X.

possint enumeratur per Iac. à Canib. part. 1. à num. 29. vsq. 55. & per Oldend. tit. 4. & 5.

Executio transit ad successorem. numero 6. fol. 63.
Declaratur eodem fol. numero 7. 8. 9.

Iudex quoq. civilis ad executionem piarum causarum potest suum impartiri officium. ideo praeventio-
ni locus est. numero 5. folio 92.

Executorum pars minor an possit exequi, maiore parte impedita vel exequi nolente declaratur. numero 12. folio. 64.

VII.
Tēpus in-
tra quod
exequen-
dum.

Quando & intra quod tempus exequendum.

Ad executionem legatorum datur anni spatium, computandum à die adita hereditatis, vel die monitionis per magistratum civilem vel Ecclesiasticum facta. In pijs vero legatis praescribuntur sex menses, numerandi à tempore insinuati testamenti. Iaco. à Canib. part. 1. n. 4. & n. 17. fol. 66. n. 1. & 2. fol. 92. n. 9. fol. 93.

Quod tamen limitatur ut non procedat. 1. Si testator aliud tempus executioni praefixerit, quia tempus à testatore expressum attendi debet. nu. 28. fo. 54. nu. 3. fol. 92. 2. Si executio in faciendo consistit & intra annum expediri non potest qualis est constructio magni aedificij. eod. fol. & nu. 3. Si non de executione sed tantum arbitrij declaratione agitur. d. nume. 3.

4. Si le-

INDEX.

4. Si legitima ex causa impeditus est executor quominus intra tempus præfixum exequi possit. nume. 6. fol. 93. Secus autem si propria culpa impediretur. numero 30. fol. 55. 5. Si executor ignoraret talia legata, quia tunc non currit tempus. d. num. 30. 6. Notandum quod tempus anni non cedit, antequam executor à magistratu est monitus. nu. 31. fol. 55.

De officio executorum.

VIII.
Officium
execu-
torum.

Executor regulariter non compellitur ut tradit Iacob. à Canib. part. 1. num. 60. Quoniam inuitus ad officium quantumvis pium, re integra compelli non potest. numero 8. fol. 93.

Verum hoc limitatur octo modis in locis iam allegatis,

Curabit autem executor à superiore ad munus hoc subeundum compulsus, ut de compulsorio decreto, vel superioris iussu, testimonium habeat, illud etenim decretum, sua potestatis fundamentum est. Et quamvis executionis officium sponte aliquando subire queat, consultius tamen erit, ut hoc faciat superioris auctoritate, vel in præsentia honestarum personarum. ut monet Iacob. à Canib. in §. repetitis. num. 1. & 2.

Executor in munere suo obeundo ponderabit. 1. Voluntatem defuncti & normam testamento præscriptam: sin verò hoc à testatore fuerit